HERMANNI Vulteii JC. auctoris damnati

DE FEUDIS EORUNDEMQUE JURE,

Libri duo.

ad expurgationem permissi.

està conforme al expurgatorio del año del 1640 por comission del Sto Offo Fr. Franco Maldonado

Coll. Soc. IESU Salm. donô Regum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

MARPURGI

Typis Pauli Egenolphi, Typogr. Acad.

CIƆ IƆ XCV.

ILLUSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI ac Domino, Dn. MAURITIO Heſſiæ Landgravio, Comiti in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda, &c. Domino ſuo clementiſſimo.

ANNUS *nunc agitur decimusquintus, ex quo, Illuſtriſſime Princeps, Domine clementiſſime, in hac C. T. Academia, quæ eſt apud Marpurgum, ita volentibus C. T. parente, magno illo Guilielmo* [redacted], *& patruo Dn. Ludovico, Heſſiæ Landgraviis, &c. Mecœnatibus meis clementiſſimis, jura civilia interpretor. Hanc ego docendi provinciam, cùm ſuſciperem, exiſtimabam in ea mihi verſandũ eſſe, prout par erat, ſedulò & fideliter; quod ita demùm me præſtiturum arbitrabar, ſi docerem vera, ſi ad rem pertinentia, ſi ordine legitimo, ſi ſermone ad id, quod eſſet propoſitum, apto & accommodato. In his enim à pleriſq; peccari animadvertebam, in quibus peccari minimè debuerat. Ceterùm ita mihi à principio hoc ſtudium erat inſtitutum, ut Academicis hiſce parietibus illud coërcerem, officio meo ſatisfactum iri ratus, ſi iſtis ſatisfacerem: neq; mihi erat animus, de eo quidquam meditari, quod in lucem emitteretur, atq; extra Heſſiam tuam aliis etiã publicum fieret. Jam tùm enim in ea eram ſententia, operam iſtiuſmodi, quæ in hoc diſciplinarum genere collocaretur, non admodũ ne-*

HERMANNI VULTEII J.C. De Feudis eorundemq́; jure,

LIBER I.

DE AUCTORITATE LIBRORUM de feudis conſcriptorum, & origine feudorum. CAP. I.

SUMMARIA.

1. *Jus de feudis non ex conſuetudine tantùm, ſed præterea etiam ex jure ſcripto repetendum.*
2. *Conſuetudines in feudis primas obtinent.*
3. *Adeò, ut Conſtitutiones etiam Imperatorum in libros noſtros de uſibus feudorum relatæ, conſuetudinis appellatione contineantur.*
4. *Non etiam attento quòd in ſcripturam redactæ ſint.*
5. *Iisq; tenentur Imperii Romani cives, quod nova diſtinctione explicatur.*
6. *Imò etiam alii quàm cives Imperii Romani.*
7. *Quod omne ita eſt ex præſcriptione.*
8. *Quin & perſonæ Eccleſiaſticæ haud minus atq; Laicæ illis tenentur.*
9. *Atq; uſus hujus juris ita eſt in cauſis feudalibus, ut poſsit etiam eſſe in aliis non feudalibus.*